

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 9: De correctione fraterna (5)

Gregorius in moralibus exponens illud:  
Qui sine peccato est etc. ait:

Postulatur dominus iudicare peccatricem,  
non statim dedit iudicium sed prius se inclinans deorsum,  
in terra scribebat  
nos tipice instruens,  
ut cum quolibet proximorum errata conspiciamus,  
non ante ea reprehendendo iudicemus,  
quam ad conscientiam nostram reversi digito discretionis,  
  
quid in ea conditori placeat,  
quidve displiceat examinemus iuxta illud apostoli:

Considerans te ipsum ne et tu tempteris.

Unde qui sine peccato est ait:  
Prius vos ipsi iustitiam implete,  
et sic innocentes ad lapidandam ream concurrite.

Postulatus ergo dominus iudicare de peccatrice  
non statim dat iudicium sed prius se inclinans deorsum  
digito scribit in terra  
ac sic demum cum obnixè rogatur iudicat nos uidelicet typice instituens  
ut cum quaelibet proximorum errata conspiciamus  
non haec antea reprehendendo iudicemus  
quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi digito eam discretionis  
solerter exculpemus et  
quid in ea conditori placeat  
quidve displiceat sedula examinatione dirimamus iuxta illud apostoli:  
*Fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,*  
*uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis eius*  
considerans te ipsum ne et tu tempteris....

Beda Venerabilis, *Homiliarum euangelii libri II.*, 1.25  
(CCSL 122, D. Hurst ed., pp.179-80, ll.58-69).

Primo uos ipsi iustitiam legis implete  
et sic innocentes manibus et mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Beda Venerabilis, *Homiliarum euangelii libri II.*, 1.25  
(CCSL 122, D. Hurst ed., p.180, ll.84-86).